

De delin-
quentibus Ab-
batibus judi-
candis.

De dimisso-
nibus Abba-
rum;

& Abbatibus
graviter pec-
cantibus di-
mittendis.

Abbatibus de-
finito Abba-
te, per Abba-
tem Domini,
ex qua ille
exierint, ad-
ministranda.

Quid agen-
dum, si Abbas
Monasti Cister-
ciensis de-
linquens fuerit
vel privatus

nunciari: & illis item exceptis, qui, in remotio-
ribus partibus habitantes, sine grandi & evi-
denti difficultate singulis annis se nequiverint
Capitulo presentare: qui nimirum eo tempore
veniant, quod in ipso eis Capitulo fuerit insti-
tutum. Quod si aliqua controversia inter ali-
quos Abbates Ordinis vestri emerferit, vel de
aliquo eorum tam gravis culpa fuerit prolata,
ut suspensionem vel etiam depositionem me-
reatur, quidquid exinde a Capitulo fuerit se-
cundum vestrum Ordinem definitum, sine re-
tractatione aliqua observetur. Si vero pro di-
versitate sententiarum in discordiam causa de-
venerit, illud irrefragabiliter teneatur, quod
Abbas Cisterciensis, qui pro tempore fuerit, cum
his, qui sanioris consilii & magis idonei appa-
uerint, iudicabit. Hoc obsecro, ut nemo eor-
um, ad quos specialiter causa respexerit, dif-
finitioni debeat interesse. Si quis autem, Abbas
pro inutilitate vel pusillanimitate sua se vide-
rit ab Abbatibus sua ordine relaxandum, ab Ab-
bate domus illius, unde sua processit, humili-
ter postulet relaxari. Qui tamen petitioni ejus
non leviter acquiescet, nec quicquam sua au-
toritate efficiet: sed congregatis aliquantibus Ab-
batibus Ordinis vestri, cum eorum consilio per-
aget, quod inde pariter viderint adimpledum.
Si quis autem Abbatum, Ordinis contemptor
vel Ordinis pravaricator, aut commissorum sibi
fratrum vitis consentiens apparuerit: Abbas
matris Ecclesie per se ipsum, vel Priorem suum,
vel quomodo melius noverit expedire, eum ut
corrigatur, admonet usque quater. Quod si cul-
pam suam corrigere, vel a suscepta provisionis
officio cedere forte noluerit, aliquanti Abbates
Ordinis vestri in nomine Domini aggregentur,
& communicato consilio, si viderint opportu-
num, eum a regimine submoveant Abbatia:
ac postmodum alter, qui dignus sit, consilio &
voluntate patris Abbatis, a Monachis domus
illius cum Abbatibus, si qui ad eam pertinent,
eligatur. Si autem, qui deponitur, vel Monachi
ejus, data in eum sententia contumaciter de-
creverint relucendum, Abbas matris Ecclesie
ceterique Abbates plenam habeant potestatem,
censuram eos distractionis ecclesiasticae coercendi:
De quibus sane, si quis reversus ad cor, & de
sua contumacia resipiscens, matris sue miseri-
cordiam postulaverit humiliter, sicut filius pe-
nitens recipiatur. Quando autem aliqua Ec-
clesiarum vestrarum Abbatibus proprio fuerit de-
stitutus, Pater Abbas, de cujus domo domus illa
exiit, omnem curam habeat ordinationis do-
mus illius, donec in ea Abbas illius eligatur:
Electus autem nulli Archiepiscoporum vel Epi-
scoporum emancipatus, vel quasi absolutus tra-
datur: Sed nec post factam Archiepiscopo vel
Episcopo suo professionem, occasione ejus, Ordi-
nis sui constitutiones transgrediatur, vel in ali-
quo pravaricator ejus existat. Præterea, si for-
tè Abbates Ordinis vestri matrem vestram Cister-
ciensem Ecclesiam a sacra Religionis obser-
vantia exorbitare perpexerint, ipsius loci Ab-
batem per quatuor primos Abbates, de Firmi-
tate, de Pontiniaco, de Claravalle, & de Mu-
rimundo, ut corrigatur, & subditos suos corri-
gere laboreat, admoneant: & omnia, quæ de aliis
Abbatibus supra diximus, circa eum adimpleant:
excepto, quod si sponte cedere noluerit, nec

deponere eum, nec si contumax apparuerit, ex-
communicationis sententiam poterunt innodare:
donec vel in generali Capitulo, vel si illud vi-
sum fuerit sine grandi periculo expectari non
posse, convocatis Abbatibus, qui de Cistercio
exierunt, & aliquibus etiam aliorum, virum inu-
tilem ab officio Abbatis amoveant: & tam ipsi
quàm Abbates & Monachi Cistercienses alium
idoneum Abbatem ei studeant subrogare. In il-
lum porro, qui depositus fuerit, & Monachos
ejus, si recalcitrare presumpserint, sententiam
severitatis ecclesiasticae non dubitent promulga-
re: De quibus post hæc si aliquis culpam suam
contumaciae recognoscens, ad aliquam quatuor
predictarum Ecclesiarum se salutis causam con-
tulerit, sicut domesticus recipiatur, quoaduf-
que, prout conveniens fuerit, suæ restituatur
Ecclesie. Interim autem annuus Abbatum con-
ventus non apud Cistercium, sed ubi a quatuor
prænomatis Abbatibus prescriptum fuerit, cele-
bretur. Quoniam autem Cisterciensis Ecclesia
mater est omnium vestrum, & alium Patrem
Abbatem super se non habet, sicut ad cautelam
& ordinis custodiam statuitis, per eosdem Ab-
bates annua ibi fiat visitatio, & ad suggestionem
eorum secundum Ordinem vestrum corrigatur,
si quid invenerint corrigendum. Sed & quoties
sine Abbate proprio domus Cisterciensis existi-
rit, ad ipsos quatuor ejus cura respiciat, & tam
ab eis quam ab aliis Abbatibus ad Cistercium
pertinentibus, qui per dies ad minus XV. fue-
rint convocati, & a Monachis Cistercii, perso-
na idonea eligatur. Liceat autem unicuique Ma-
tri Ecclesie Ordinis vestri, tam de Monachis
quàm de ipsis Abbatibus Ecclesiarum, quæ ab
ipso processisse noscuntur, sibi quemcumque vo-
luerit, si tamen dignus extiterit, assumere in
Abbatem. Personam autem de alio Ordine nulla
Ecclesiarum vestrarum sibi eligat in pastorem,
sicut nec vestri Ordinis aliquis in Abbatem ali-
cui alterius Ordinis Monasterio ordinetur. Hæc
igitur de multis institutionibus Ordinis vestri ex-
cerptissimus, & propriis curavimus capitulis de-
signare: Adjicientes, ut nullus Episcoporum Ab-
batis vel Grangiarum vestris aliqua religionum seu
secularium habitatione, unde vobis inquietatio
possit provenire, superadificari permittat, sed
eos, qui superadificare tentaverint, ne id faciant,
ab Episcopis, quorum Diocæsani sunt, sub ana-
thematis interminatione prohibeant. Nemo etiam
professos vestros, Monachos vel Conversos, sine
licentia Abbatum suorum recipiat, aut sus-
ceptos audeat retinere. Quia vero singula, quæ
ad Religionis profectum & animarum salutem
regulariter ordinastis, presentis abbreviationi ne-
quiverunt annexi, nos cum his, quæ prescripta
sunt, omnia, quæ continentur in Carta vestra,
quæ appellatur Charitatis, & quæcumque inter
vos Religionis intuitu regulariter statuistis, au-
toritate apostolica roboramus, & vobis vestris-
que successores, & omnibus qui Ordinem ve-
strum professi fuerint, inviolabiliter perpetuis
temporibus decernimus observanda. De cætero,
quia propositum firmum habetis habitationi ve-
stræ loca extra conversationem secularium eli-
gendi, Grangias vestras sicut Ecclesias a pravo-
rum incurfu ac violentia liberis ac quietas fo-
re statuimus, & ut nullus ibi hominem capere,
spoliare, verberare, aut rapinam exercere præ-
sumat

Ad quos spe-
ctet illius Mo-
nasti, admi-
nistratio, si vaca-
verit.

Quod liceat
Monasteriis
Matribus, do-
ceteris a se
deductis Ec-
clesiis, Abba-
tem sibi se li-
gere: non
autem de ex-
teris

Omnimoda
exemptio ab
Episcopali ju-
risdictione.

Cetera quo-
que statuta
confirmantur

Totalis im-
munitas a
quacumque
molesta, vi
&c.

C X I I I.

Canonizatio S. Theobaldi Eremitæ.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, Ex Archiv.
omnibus fidem Christi colentibus gratiam Vatic.
& apostolicam benedictionem.

Multa præclara, & admiratione digna de
quodam Eremita Religioso Viro Theo-
baldo nomine celebris fama divulgata, quam sancte
& religiose vixerit: & exutus omnibus, Dominica
præcepta secutus sit, cum impræsentiarum fuisset,
manifestè patet. Miraculorum verò indicia indu-
bitata fide ejus merita commendant, multis Reli-
giosis viris super his, cognita, & vera referentibus:
Quapropter vitæ ejus conversatione cognita, &
Miraculorum indicis probatis per non fallacia
testimonia, suggerentibus nobis de eo, Mainardo &
Damiano Episcopis, & Vincentia populo, illum ce-
lebris memoria dignum Romana decrevit Ecclesia.
Et quia procul dubio cum Electis coronatur in Ce-
lis, ut ejus memoria, sicuti aliorum Sanctorum,
præcipimus, solemniter celebretur interris (a).

Presentis
privilegii fir-
mitas.

sumat, in virtute Spiritus Sancti inhibemus; San-
cientes etiam, ut propter communia interdicta
terrarum, nulla Ecclesiarum vestrarum a di-
vinis compellatur officiis abstinere. Interdici-
mus iterum, ne aliqua omnino persona fratres
Ordinis vestri audeat ad secularia judicia pro-
vocare: Sed quisquis sibi adversus eos aliquid
crediderit de jure competere, sub Ecclesiastici
Judicis examine experiendi habeat facultatem:
salvâ in omnibus Sedis Apostolicæ auctoritate.
Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum li-
ceat, hanc paginam nostræ confirmationis infrin-
gere, vel prescriptas institutiones vestras ausu te-
merario violare. Si quis autem hoc attentare
presumpserit, secundo tertiove commonitus, si
non satisfactione congrua emendaverit, pote-
statis honorisque sui dignitate careat, reumque
se divino judicio existere de perpetrata iniquita-
te cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac San-
guine Dei ac Domini nostri Redemptoris Jesu
Christi alienus fiat, atque in extremo examine
districte subjaceat ultioni; Servantibus autem hæc
sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic
fructum bonæ actionis percipiant, & apud distri-
ctum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.
Amen.

(a) Mabillonius, qui Sac. VI. Part. II. c. 6. Sanctorum Ordinis
S. Benedicti hæcce literas refert, X. Theobaldum hunc vi-
tam sanctum anno 1066. ab Alexandro III. post centum cir-

citer annos Sanctorum Catalogo adscriptum asserit: quæ
rei fidem quidem faciunt; sed nihil præstant ad tempus da-
tarum a Pontifice literarum adhibendum.

FINIS TOMI SECUNDI.

IN.